et earum presentionis faciendo Ac praemissa omnia per simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalis iuris praescriptione Terrestri bello conventione et alis quibuscunque iuris remediis et facti defensis non evadendo nec modo quouis iuris subterfugiendo Hac sua praesenti personali recognitione ad Acta mediante. 87

Actum in Castro Praemisliensi Sabbatho post Dominicam Judica Quadragesimalem proximo Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Quinto.

20 III

Dubrawski Kiechrebeckim Roborat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Premisliens. Nobilis Andreas Dubrawski sanus mente et corpore existens a Terris districtibus iuribus Jurisdictionibus suis quibuscunque propriis et competen. recedendo Praesenti vero Castrensi Capitan. Premisliensi Jurisdictioni quo ad actum praesentem attinet se cum Successoribus ac bonis suis quibuscunque omnibus totaliter et plenarie inuiscerando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit Quia ipse se ac suos successores in et super bonis suis quibuscunque omnibus ac summis plenariis quibuscunque habitis et habendis inscribit et obligat praesens scriptum certumque mandat per se recognoscentem in rem et manus Nobilium Joannis Kiechrebecki et Anastasiae Dubrawska coniugum legitimorum Ratione certarum rerum et conditionum in eodem scripto contentarum de actu et datu illius hic Premisliae die decima nona Martii anno praesenti confecto datum manu sui recognoscen. subscripto In omnibus et singulis eiusdem scripti conditionibus punctis clausulis articulis vadiis ligamentis ac nexibus quibuscunque vniuersis firmiter tenere complere exequi et inuiolabiliter obseruare omnibusque et singulis eiusdem scripti contentis tam in toto quam in quauis minima parte toties quoties opus fuerit satisfacere scriptum

praefatum ad inscriptionem praesentem Roboratoriam et inscriptionem praesentem
Roboratoriam ad praefatum scriptum vicissim in toto referendo. Idq sub vadio sum
ma Centum flor. polon. per eundem recognoscentem Nobilem Dubrawski sive
illius Successores suprascriptis Nobilibus Niechrzebeckim coniugibus vel eorum po-
steris ob non complectionem Contractuum scripti praefati omnium et singulorum
toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio
modo praemisso ad solvendum succumbendo ac re aliqua principali ex contentis
tis scripti praefati non completa complenda citatus existens memoratus recogno-
scens Nobilis Andreas Dubrawski sive eius Successores ad instantiam supra
scriptorum Nobilium Joannis Niechrzebecki et Nastasiae Dubrawska coniugum
legitimorum sive eorum Successorum ad officium praesens Castren. Capitaneal. Pre-
mislien. Extunc recessive suprascripto quo ad respondendum spectat mediante
semper in primis citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere respon-
dere vadiumque praefatum luere inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudica-
tum pati debebit et tenebitur seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit
et obligat. Illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequen.
Causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate primarum minoren-
nitate Successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimentum
ad Exercitum vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non diffe-
rendo ad quietationem vel ad proximos terminos officii praefati Castren. Premislien. dila-
tionem sibi non recipiendo. Nullasque motiones appellationes et earum prosecu-
tiones faciendo. Ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus
suspensionibus fatalis iuris praescriptione Terrestri bello Conventionibusque et aliis quibus-
vis iuris remediis et facti defensis non evadendo nec modo quovis subterfugiendo.
Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Niechrebecki Consorti suae Reformat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitaneal. Pre-
mislien. Nobilis Joannes Niechrzebecki sanus mente et corpore existens a Terris
districtibus Iudiciis Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competen.

recedendo